quibusvis propriis foroque competenti recedendo coram praedicto Castellano Premisliensi
officio cuius iurisdictioni se successores ad bonis omnibus quo ad respondendum subiicit
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, parere, iudicare
ac pro citatis omnibus totiens quotiens opus fuerit satisfacere decretum et ad
iudicatum patiuntur et successores tenebuntur. Nullum terminum occasione
missorum vera vel simplici infirmitatibus bellis colloquiis gulibus vel
particularibus statutis sancitis et sanciendis Praefectura exercitus expe-
ditionibus bellicis incursibus hostium aura pestifera servitio qualiumque et
negotio intra et extra regnum absentia a regno interregno Mino-
remitate successores ac legalibus quibusvis impedimentis differrent. Ad qui-
etationem mortificationemque praedictis inscriptionibus Ad evictorem seu evictor in
actione pro maiori dilatione non petent. Ad decreto seu decretum tam
in accessorio quam principali negotiis latum et factum nullas motiones ad ap-
pellationibus faciendis interponendis neque ad prosequendum easdem tam iudicem
quam partem adiutam Panatrisum Marci et triplici poena vadium et
vadia huiusmodi non evadendo exceptionibus praescriptionibus fatalibus suspen-
sionibus evasionibus ac dilationibus quibusvis universis abrenuntiando et
quibusvis nihil sibi in auxilium contra inscriptionem praedictam et eius defectum recipi-
endum sue et suorum successorum sub commissione totius [illegible] vel lusionem
vadii et vadiorum quovelquibus solutis utique inscriptionibus praedictis omnibus
eius contentis totius quotiens sit necessarium hinc Castellanus Premisliensis
cum successoribus suis satisfacere erit astrictus. Nulla praescriptione ter-
ristri in praemissis omnibus obstante quod memoriali firmatum est

Idem renovat inscriptionem Dankowski

Veniens personaliter ad officium et acta praedicta Castellani Premisliensis Magnificus Sta-
nislaus Drohoiowski a Drohoiowo Castellanus Premisliensis Actis distri-
ctibus iuribus foroque suis propriis quibusvis recedendo et se cum successori-
bus bonisque suis omnibus huic Castellano Premisliensi iurisdictioni quo ad actum et effe-
ctum praedictis inscriptionibus attinet incorporando inscribendo et subiiciendo sanguine
mente et corpore exiens idque renovando et denuo recognoscendo inscri-
ptionem coram officio et actis praedictis Castellani Premisliensis sub actu se-
ria quarta post festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in anno
Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo contentum pub-
lice per expressum recognovit. Quia quaestio Matheo Dun-
kowski de Dunkowice et successoribus eius summam mille ducentorum
florenorum pecunie corti et mutui debiti tenetur quam summam se successores suos super

bonis suis omnibus inscribit eidem Dunkowski aut posteris eius pro festo Conversio-
nis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo circa quarta praedicta Castellani Premi-
sliensis totaliter dare solvere realiter et in effectu etiam praedicto Dunkow-
ski absente vel eius successoribus numerare et relinquere relicta rursus
non exhibere aut per protestationes aliquas solutionem summae pre-
tactae evadere. Casu vero si summam praeexpressam idem Castellanus
pro eodem tempore solutionis assignatae solvere neglexerit vel eius
successores neglexerint extunc debebit cum successoribus suis quos secum su-
per bonis suis omnibus inscribit et illa onerat in crastino eiusdem diei solu-
tioni assignatae in bona sua terrena videlicet in tota et integra villa Za-
bloicze omnia quae ad id continentur praefato Matheo Dunkowski de Dunko-
wice aut successoribus eius dare et benivole committere realem intro-
cum [illegible] et pacifica possessione per [illegible] quemcumque ad
[illegible] per [illegible] sub vadio similis summae mille
ducentorum florenorum pecunie monetae Poloniae per ipsum Matheum
Dunkowski vel successores eius bona praefata videlicet tota villa Zabloi-
cze cum omni nec domino et proprietate ac cum omnibus fructibus pro-
ventibus cunctis omnibus censibus laboribus atque quibusvis universis utili-
tatibus quibusvis nominibus et cognominibus vocitatis nihil excipiendo et ex-
cludendo omnibus in quo et singulis in specie comprehensis ita praedictis
praedictus Castellanus Premisliensis utifruebatur ac prout sunt di-
stincta in latitudine et longitudine in summa eadem mille ducentorum florenorum
pecunie ad festum Nativitatis Domini proximum tenendum habendum et pacifice
utifruendum. In defectu vero praetextus exemptionis extunc ad aliud
simile festum Nativitatis Domini proximum et sic de anno in annum
annis se sequentibus usque ad exemptionem bonorum praeexpressorum
et summae praetactae plenariam persolutionem. Tenebitur quoque praedi-
ctus Castellanus cum successoribus suis quos secum super bonis suis omnibus in-
scribit et obligat eundem Dunkowski vel posteros eius in bonis praedictis
et oriundis eorundem ab omni quavis impetitione iuridica omnium personarum
status sexus et condicionis cuiusvis existentium necnon ab omnibus impe-
dimentis damnis iniuriis violentiis ac ab inscriptionibus prioribus et po-
sterioribus cuius personarum coram quovis iudice seu officio negotii in
quemcumque sensum et formam factum et fieri tum ab omnibus citationibus
concitationibus adductionibus ad satisfaciendum lucrisque perlucris poenis
vadiis tractatis ac quibusvis processibus iuridicis in bonis eisdem post

Drohojowski tenetur Dunbowski